



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

XV. De fructuum beneficii restitutione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

ventus à divinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus. Romæ Cal. April. 1568.

Clemens VII.

Consensus qui præstari debet in beneficiorum reformationibus, quo pacto nascitur & computetur in libri Camera Apostolica.

CAP. IV.

Sanctissimus in Christo pater & D. N. D. Clemens divina providentia Papa VII. Constitutionem suam de consensibus in Cancellaria quoad materias Francie infra tres menses, in aliis vero infra quindecim dies à die extensionis eorumdem consensuum computandos in libris solitis & authenticis annotandos, ad obviandum fraudibus, quæ in retardatione annotationis consensuum huiusmodi committebantur, nuper editam declarando, voluit quòd dicta tempora non à die extensionis consensuum in dictis libris, cum ipsa constitutio sic nihil operaretur, nec per eam dictis fraudibus in aliquo obviaretur, sed à die præstationis eorumdem consensuum intelligi debeant. Et quoniam nonnunquam præstantur consensuum super supplicationibus nondum ad registrum missis, seu adhuc penes Datarium suum existentibus, & notarii non possunt tales consensuum in dictis libris annotare, nisi videant huiusmodi supplicationes registratas seu expeditas, & sæpe labuntur dicta tempora antequam ipse supplicationes ad registrum mittantur seu expeditur, voluit & declaravit, quòd tunc & eo casu dicta tempora à die quo Datarius huiusmodi supplicationes ad registrum vel summistam miserit, computari debeant, diem autem missionis huiusmodi de cetero annotabit Datarius pro tempore in calce supplicationum consensuum aliquem requirientium, per hæc verba videlicet: *Missa die tali N. Datarius.* quæ verba voluit ad plenam probationem missionis prædictæ sufficere. Præterea voluit, quòd notarii de talibus consensibus rogati in annotatione illarum in dictis libris faciendâ teneantur de die missionis huiusmodi, sicut de data supplicationum, expressam mentionem facere, ut die præstationis consensuum, & die missionis supplicationum huiusmodi simul junctis, ex illorum inspectione evidenter appareant ipsi consensuum infra tempora prædicta in dictis libris annotati: & notarii requisiti de cetero ad ponendum aliquos consensuum in libris prædictis, si ex inspectione aliorum præstationis consensuum ac missionis supplicationum, viderint dicta tempora ad annotandum consensuum, ut præfertur, præfixa esse lapsa, consensuum tales in dictis libris annotare nullatenus præsumant, sub penis in dicta priori constitutione contentis. Et nihilominus annotatio de illis sic extra tempora prædicta pro tempore facta, ipsique consensuum sic annotati, viribus omnino careant, nulliusque sint roboris vel momenti. Narrativa quoque per verbum *Hodie* vel *Nuper*, in literis Apostolicis super materiis, ad quarum expeditionem consensuum aliqui requiruntur pro tempore expeditis posita, contra præmissa minime attendi debeat, nec aliquem effectum operetur.

Pius Quartus.

Beneficium fraudulenter permutatum prohibetur.

CAP. V.

Sanctissimus in Christo Pater & Dominus noster, Dominus Pius divina providentia Papa IV. ad casus aures pervenit, nonnullos beneficia Ecclesiastica per eos obtenta, in amicorum aut aliis sibi gratiarum personarum favorem, etiam in ordinatorum illorum collatorum manibus, contra juris dispositionem, resignare cupientes, certam scilicet permutacionis formam excogitasse, per quam se beneficia huiusmodi ex causa permutacionis, alias de jure approbata, pro quodam imaginario nec usquam reperibili beneficio (quod beneficium de

Pertica, seu alio nomine vocant) illud per seipsum compermutantem suum obtinerent, & nonnulli in dictis manibus resignant, talesque resignaciones causa prætextu permutacionis admittunt, ac in his res beneficiis, tanquam per dictas resignaciones suarum eidem scilicet compermutacionibus, seu potius ob hoc compermutantes sibi provideri procurant, hæc via beneficia in aliorum favorem simoniacè recipiendi, in sacrorum canonum fraudem, & animarum periculum.

Proinde considerans illud scilicet de Periculis nuncupatum, incoertum, incorporeum & inanimabilem reperibile re vera non esse beneficium, præterea veram cum eo permutacionem fieri non posse (tamen non desunt qui subtili potius quam veritate cinatione contrarium pertinaciter assertore tenent ac propterea Ecclesiam sanctam cura sui divitiarum missam hoc pravo abusu, fraudulenter committunt, lubriter emundare volentes, hæc perpetua valentia constitutione prohibuit, ne quis de cetero talia permutaciones simulatas facere, neque beneficium dictum aut aliud huiusmodi fingere, neve locorem mutare seu quivis alii resignacionem alicujus beneficii, vel prætextu permutacionis cum beneficio de Periculis huiusmodi, seu quovis alio quocumque nomine sito, & in fraudem nominato facere, vel facere, quod meram fraudem sapientem, tanquam verè de Periculis in favorem alterius factam, ac propterea illius committere præsumant. Decernentes omnes huiusmodi beneficiorum resignaciones, prætextu permutacionis huiusmodi, eorumque subsecutas admisiones & provisiones, & alias dispositiones, quasvis auctoritate faciendas, nullas esse irritas, nulliusque roboris vel momenti, irritum quoque & inane, irritum super his à quoquam quavis auctoritate factis vel ignoranter contigerit attentari.

TITVLVS XV.

DE FRUCTVVM BENEFICII RESTITVTIONE.

Leo Decimus, in Concilio Lateranensi.

Suscipere fructus, clericis amittens dum suum officium debet.

CAP. I.

Servimus & ordinamus, quòd quilibet habens beneficium cum cura vel sine cura, si post se in vacatione obtento beneficiorum officium non dixerit legitimo impedimento cessante, beneficium officii & temporis, sed eos tanquam inuito perceptos in fabricis Ecclesiarum ejusmodi beneficiorum, vel pauperum elemosynas erogare teneatur: si vero aliter dixerit, legum simili negligentia contumaciter permanserit, legum monitione præcedente, beneficium ipso privetur, quod per officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittit, quoad hoc quòd est de beneficiis vari posse, qui per quindecim dies illud saltem non dixerit, Deo tamen ultra præmissa debita consideranda reitatabilis tentione sit, quotiens contra fuerit attentatum.

Pius Quintus.

Fructus amittit de negligenti huiusmodi amittit per seipsum prætextu officii perperandum.

CAP. II.

**E**X proximo Lateranensi Concilio a pia & salubri sanctione emanavit, ut quicumque habens beneficium Ecclesiasticum, cum cura & sine cura, si post sex menses, quam illud obtinuerit, divinum officium, legitimo cessante impedimento, non dixerit, beneficiorum suorum fructus, pro rata omissionis officii & temporis, suos non faciat, sed eos tanquam injuste perceptos in fabricas ipsorum beneficiorum vel pauperum elemosynas erogare teneatur. Verumtamen multorum animi suspensione tenentur, cujusmodi ratio praedicta ratio sit habenda. Nos huic rei evidenti atque expressius providere volentes, statuimus, ut qui horas omnes canonicas uno vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficiorum seu beneficiorum suorum fructus, qui illi vel illis diebus responderent, si quotidie dividerentur: qui vero matutinum tantum, dimidiam: qui ceteras omnes horas, aliam dimidiam: qui harum singulas, sextam partem fructuum ejusdem diei amittat: tametsi aliquis choro adscriptus non recitans omnibus horis canonicis cum aliis praesens adsit, fructusque & distributiones forte aliter assignatas, sola praesentia juxta statuta, consuetudinem, fundationem, vel alias sibi lucrificasse praetendat. Is etiam praeter fructuum & distributionum amissionem. Item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusaverit, grave peccatum intelligat admisisse. Declarantes praesentia, praesentiales portiones, & qualiacumque beneficia, etiam nullum omnino servitium habentia, obtinentes, cum praedictis pariter contineri. At quicumque pen-

a Cencil. Later. sess. 9. Dominicus de Soto q. 3. art. 6. lib. 10. hoc decretum prudenter interpretatur. Menochius vero de arbit. jud. cent. 5. cas. 439. certis modis hanc panam minuire contendit.

sionem, fructus aut alias res ecclesiasticas ut clericus percipit, cum modo praedicto ad dicendum officium parvum beatae Mariae virginis decernimus obligatum, & pensionum, fructuum, rerumque ipsarum amissionem obnoxium. Romae 12. Cal. Octobr. 1572.

Iulius Tertius.

Tempore obitus, beneficii fructus transeunt ad successores, non ad heredes.

CAP. III.

**N**ostrae intentionis nunquam fuit, quod quivis quoruncumque beneficiorum, etiam Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum & aliorum Praelatorum, etiam Cardinalium, ubilibet, etiam in Romana Curia, aut districtu, pro tempore decedentium, sive ex testamento, per ipsos beneficiarios etiam vigore facultatum quoruncumque; eis in specie vel in genere, etiam praetextu quoruncumque; capitulorum, ac statutorum, & ordinationum, etiam nostrorum, sub quibusvis tenoribus & formis, ac alias quomodolibet concessorum condito, sive ab intestato heredes, fructus, &c. ac pecunias, & res alias per ipsos sic defunctos beneficiarios, etiam Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, & alios Praelatos ac Cardinales ante eorum obitum non exactos, etiam si pro tempore ante obitum hujusmodi decurso debeantur, ac eorum solutionis dies beneficiatis & Cardinalibus viventibus advenierit, & per ipsos beneficiarios & Cardinales non steterit quod minus illos exegerint, quin imo omnem pro illorum exactione necessariam diligentiam, etiam judicialiter agendo fecerint, quoquo modo exigere, aut etiam sponte oblatos percipere.

a Vacantium beneficiorum fructus debent converti in Ecclesiae utilitatem, vel reservari futuro successori. text. in c. quata sapie. de elect. in 6. c. si propter. de rescript. eod. lib.

F I N I S .



**SEPTIMI DECRE-  
TALIUUM  
LIBER SECUNDUS.**

TITULUS I.

**DE FORO COMPETENTI ET JURISDICTIONE  
NIS ORDINARIAE POTESTATE.**

MARTINUS QUINTUS.

*Laici in clericos nulla potestas, & ideo Ecclesiasticorum cause in foro jurisdictionis ordinariae debent decidi.*

CAPUT I.



**A**D reprimendas insolentias transgressorum, eorumque praesumptionem reprimendam, si nervus Ecclesiasticae disciplinae lentescat, eorum voluntas proclivior sit ad peccandum, & exemplum impunitatis periculosius in alios derivatur. Propter quod ad praesentis officium pertinet, sic

debitam executionem adhibere justitia, quod commissam puniat, & committendorum in posterum audaciam interdicit. Sanè, sicut displicenter accepimus, nonnulli diversorum regnorum & terrarum judices, aliique officiales laici, & laicales personae, jurisdictionem in temporalibus exercentes, exerceri facientes, non attendentes, quod laici in clericos & Ecclesiasticas personas, & illo-

NNnn